

Collateta-
lium re-
praesenta-
tio iuris est
positiu hu-
mani.

descendentes ac collaterales successuri non acque gaudent, sed descendantium repraesentatio infinita, contra collateralia definita et circumscripta est; nulla tamen expugnari ratione possum, vt differentiam iuris repraesentationis descendantium et collateralium in eo sitam esse credam, quod horum quidem repraesentandi facultas moralis sola iure ciuili, illorum vero naturali diuino nitatur. Arbitror enim, vtrorumque, et descendantium et collateralium, repraesentationem ad arbitrium ciuitatis et sic ius posituum tanquam ad caput et principium esse referendam. Age breuiter rem demonstratione declarare conabor. Ut autem quaestionem: sitne ius repraesentationis descendantibus ex iure naturali diuino? clarius decidam, facere non possum, quin alteram, a qua illa pendet, attingam: vtrum videlicet iure naturae sit praeceptum, vt successio ab intestato descendantibus deferatur?

Sitne suc-
cessio ab in-
testato iu-
ris natura-
lis? Grotius
dixit
ram tacitum te-
stamentum
ex voluntatis
coniectura.
Eius a-
firmant, ra-
tiones ad-
ducuntur.
Vtus iuris
repraesenta-
tionis apud
Hebracos.

§. X.

Quam qui adfirmant, palmarium se reperisse putant in his rationibus: Successionem ab intestato, qua primum descendentes, deinde ascendentes, ac nouissime collaterales cognati ad hereditates vocantur, ipsa defunctorum voluntate presumta subniti. Sicuti Grotius successionem ab intestato tacitum testamentum ex voluntatis coniectura appellavit. Vid. de I. B. et P. Lib. II. Cap. VII. §. 10. Hinc deliorumque, descendantium successionem in bona, vtpote omnium primam, ratione naturali praecipi diuinamque esse iussionem. Praeterea parentum contineri officio eosque connata obligatio obstringi, vt liberis, quorum caussa sunt, relinquant, vnde alantur. Quo iterum spectare videtur ratiocinatio Grotii, dum Lib. II. Cap. VII. §. 6. de I. B. et P. Vbi, inquit, pater